



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Literæ Pontificis ad Canonicos Augustanos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

mi patientiam, & inexpugnabilem caritatem. Nulla vnquam minus honorifica in aduersarios circumspecto illo ex ore vox excidit: nullum ex vultu, siue aliunde commotionis documentum, ac stomachi emanauit: nihil deniq; aliud, nisi dolebat Satanæ per eas fraudes haud sanè exigua lucra. Quippe cum continuo summa Patres verecundia ab sacris impertiendis destitissent, ingens lætitia creata Hæreticis est; grauisq; adeò inter Catholicos coorta offensio, vt audirentur passim acerbæ expostulātium, & incusantium voces: quique modestissime loquebantur, ij quererentur, autores illius procellæ homines, munere suo nec perfungi ipsos velle, nec alios pati perfungi. Suscepit acerrimè causam Antistes, nec modo per se, suosque, consensionis viam omni ope tentauit, sed etiam à Pontifice Maximo literas Pio IV. ad Canonicos impetrauit: quæ fuerunt tales.

## Dilectis filiis Decano, & capitulo Ecclesiæ Augustanæ.

**D**ilecti filij salutem, &c. Ad nos, & hanc sanctam Litera Pontificis ad Canonicos Augustanos.  
sedem per hosce annos peruenit bonus admodum,

d 3

E

Et gratus odor fructuum, quos ex dilecti filij Petri  
 Canisij, et aliorum Societatis Iesu professorum o-  
 pera Augustana Ciuitas uberis, Domino cooperante,  
 te, percepit. Auditum enim fuit, quam multi He-  
 retici ad Ecclesiam Catholicam eorum doctrina-  
 hortationibusque reducti sint: quantumque et ad  
 menti, et solatij Catholicis ciuibus afferre con-  
 uerit fidelis eorum opera, ac diligens ministerium.  
 Ea nos, sicut leti audire antea consueuimus, ita  
 sine dolore nuper audiuimus humani generis bo-  
 tam pia, et salutaria opera impedire coepisse. Eius  
 enim instinctu, et improbis maleuolorum quorundam  
 sermonibus factum esse, ut animi vestri ab  
 Societate alienarentur. Quod eo grauius ferendum  
 est, quia ea res non solum inchoato Dei operi impe-  
 dimentum allatura est, sed paritura etiam dissi-  
 dium, et scandalum inter uos, et laicos Catho-  
 licos, atque Heticorum animos auertura. Quibus  
 offensionibus, et scandalis nos pro pastorali officio  
 obuiam ire uolentes, deuotionem uestram hortamur,  
 ut ipsum Canisium, et alios ex ea Societate  
 pristina caritate, et beneuolentia complectamini,  
 eosque diligenter tueamini, et quo quam plurimum  
 proficere possint, tum uerbo Dei dicendo, tum mi-  
 nistran-

Commendat  
 et Societatem  
 ac nominatim  
 Canisium.